

HELSINGORVM.

HE LSINGORVM, vulgò, Helschenor, vrbis est Daniæ littoralis inundinis frequentissimi, & peregrinarum mercium advectione clara. In quam multi conueniæ, & magnarij diuersis ex locis confluxere. Quò etiam conquisitissimæ quæque res incolarum vsui insertuentis apportantur. Ad cuius latus maritimum adscita est Arx CORONAEBVRGV M castrum munitissimum, & inexpugnabile. Vbi pro mercibus vltro, citroq; exportandis, rursumq; in uehendis, alioue transiuehendis, si modò securè quis nauigationem institutam absoluere velit, reddenda erit ratio. Qui secus faxit, capitale esto. Et bona quahtula cunq; subtracta regio fisco cedant. Velificantes igitur, dorsumq; maris hac calcaties, angustas fauces, quoq; soluerint, cursumue direxerint intrare coguntur: debitumq; portorum velis deductis regio quæstori pendere tenentur. Quibus transmissis, mox alij onustiores rationem reddituri cateruatim appellantur. Id que sanè bono iure quod pro ipsorum salute, transituq; securò, regia classis maximis sumptibus quotannis instituitur: ratibusq; copiæ per æqua traducuntur, vt quicquid piratarum inuestigetur, capit, cruciique adiudicatur. Ne sic spoliorum aceruo & dulcedine allecti, maius in posterum facinus intendent, pluresq; immaniter trucident, neue deinceps impunitatis spe huius pelagi portibus incautis insidias struentes delitent. Ita nauigantibus per saluū conduciūm dimidium integrum, amissio plus toto. Quanquam autem DANI A natura aureas venas, & fodinas metallicas quibus gloriatur non habeat, vt ARABIAE, HISPA NIAE, VNGARIAE hoc modo conferri possit. Habet tamen suas amplissimas opes, & reuera hoc loco aurifera est, vt regijs gazis, thesauris, annuisq; redditibus immensis hec Tago nec Paetolo cedat. Nam quicquid ab alijs periculosè, maximoq; cum labore in fodinis quaritur, inuenitur, effoditur, igni excoquitur, & aqua minerali diutissimè lauatur, tandemq; vsui humano in formas, massasque diffusum preparatur. Id cumulatissimè in DANI A portatur, magna pars subditis pro bonis diuenditis numeratur, maiori regi iusta pensione exoluitur. Opem vicissim contra piratarum impios ausus implorantibus, promptissimè comittit. Et negotiationibus tutissimum mariis vstim recuperando, vnicuilibet terræ suos saluos reddit. Laborent igitur alijs in fodinis profundissimis, in vinetis desident alijs, macerent se nonnulli alijs artibus in colligendo auro: Nobis pinguium boum multitudinem, arua, frumentorum copiam, agri pisciumque affluentia maria subministrant. Quarum rerum iusta commutatione, auri copia quantum sufficit regno importatur, & societas humana conserhatur. Versus Septentrionem adiacet arx omniū magnificientissima, quam idem rex noster illustrissimus villa ditta, ab integro in loco omnium amoenissimo, singulari apparatu condidit. Eamque de suo nomine FRIDERICIBVRGV M nuncupauit. Hic ocium, hic solitudo, hic regis gratissimus secessus, à strepitu urbano turbaque ciuili procul solutus. Cingitur autem hæc arx aquis, & sylvis vndiquaque: in quibus ferarum copiæ, gratissimæque vocationes se offerunt. Hic montes, colles, valles, fontes irrigui, horti cultissimi, loca palustria, & quicquid plus oblationis, minus vero tardij, visitur.

RIPAE. MAGNIFICO DOMINO NICOLAO KAAS, DOMINO DE TORVPGAARD, SERENISSIMI REGIS DANIAE CAN- CELLARIO FIDELISSIMO, ANDREAS VELLEIVS. S. D.



Etijsi nuper, Magnifice Domine Cancellarie, per Generosum Dominum Albertum Friis descriptionem nostræ Vrbis Ripensis ad te in primis trasmitti. Eam hic habes, qualem quidem festinans pictoris manus, hac vice, formare potuit commodissimè. Digne certè haec nostræ Ripæ, quæ Calco-graphiæ beneficio in nobili Georgij Braunij Vrbium Theatro cum ceteris in noticiam veniant externorum. Neque certè vlli maritimorum vicinarum cedit, aut situs ac portus opportunitate, atq; originis antiquissimæ momentis, aut etiam Incolarum moribus ac ingenij cultissimis, si his cunctis ceteris contendere necesse est. Sita est enim haec Cimbricæ Danicæ vrbis, in ripa Oceani, Australi Gothiæ proxima, loco herbido, pascuo, fertili atque salubri. Ad Septentrionem tamen atq; occasum æstuum, si pergas, loca Tesqua tantisper habebis obvia, donec miliario ab Vrbe quartò excipiat frequens syluarum copia. Ab ortu, nihil deliciarum desiderari potest, quod non riuolorum, agrorum atque syluarum Tempe affatim suppetant. Hac latè patent Regijs venatus claustra, vsque dum mare orientale pertingitur. Meridies amnē Nippiticum vrbis secum infert. Itaq; riuersu existimet truus, vicina certè quondam balnea, & ab his nomen retinentes hodie vici, fidem faciunt. Hic Varmicensis ac Munchgardenis lacus scaturiginibus auctus, Vrbis latus meridionali levniuersum claudit. Eumque vrbis benignissimo amplexu excipiens, exitum quatuor locis diuersis præbet, quibus in flumen Tuedense, quod vrbis latus boreale præterfluit, se exonerat. Ea de causa si penitus interiorem Vrbis formam spectes, Tripolim eam merito dixeris. In tres enim sectiones, horum riuolorum cursu, fissa, totidem pontibus sublijs, atque molis frumentarijs vicissim connexa, deniù coalescit. Ab occidua Vrbis parte, Regia Acropolis fluentum vicinorum amnium opibus auctum despicit, quod planitem depresso peruagatum, instar Meandri, in maris gremium se insinuat. Hoc miliario uno ab vrbis se aperit portu commodo, extantibus vndique insulis, vulgo nautarum notissimis. Mandoa, Phanoa, Roma, Forda, Silda, Amroma, Holglanda, cum peninsula Canglegia & promontorijs varijs in mare latè excurrentibus, in quibus variæ nationes pescatum exercent longè vberimum. Verum, quod humilius hoc litus, præter statum æstum, rarius accidit solem cardinalia puncta transire, qui in vna non ingens aliqua maris inundatio Vrbem vniuersam, magna mole, aquarum, facta quasi obsidione, vndique irruat atque inunduat. Adeò, vt aliquoties notatum sit, etiam in ipsum usque cœmiterium Cathedralis Ecclesiæ, quod summo Vrbis loco,